

Induratum in peccatis! quis poterit sustinere penitentiam a frigoris viciorum et obstinationis eius? quasi diceret nullus.
Et si uellus possit sustinere ante faciem frigoris non tamen est desperandum quod. **E**mittet deus pater (Verbum) filium suum in carnem et Verbo euangelice predicationis (liquefaciet) et molliet (obdurata corda peccatorum). **E**t flate spiritu sancto super impios feruor caritatis in tantum corda populi accedet ut recordatione peccatorum criminum (ex eorum oculis erumpant flumina lacrimarum). **F**lauit spiritus eius inquit. **Q**ui annunciat reuelationem de christo de tribu iuda nascituro populo israelitico de quo per iacob erat nasciturus (et legem et iudicia sua populo israel). **N**on fecit taliter omni nationem sic populo israel de quo carnem assumpsit cui prophetas dedit cui per seipsum Verbum annunciauit de quo principales apostolos elegit (et iudicia sua manifestauit eis) quod non fecit alijs.

Psalmus. Cxlviij. in quo monet ad laudem dei.
Propheta hortatur omnes creaturas ad laudem incipit a superioribus dicens.

Laudate dominum creature celestes laudate eum qui estis in excelsis) throni dominationis principatus potestates cherubim et seraphim. **L**audate eum omnes angeli eius) id est vos ipsi quos ipse mittit ad legationes suas in mundum (et vos omnes angeli nominati) per quos dominus fecit mirabiles effectus qui in admiratione diuine potestatis et laudem eius inducunt homines/non ideo propheta inuitat angelos ad laudem dei quod aliquando cessent vel quod eo monente magis laudent sed sic ammonendo ostendit affectum suum scilicet quod sibi est grata laus eorum. **C**onsequenter monens ad laudem celestes creaturas corporeas ait.

Laudate eū sol & luna/laudate omnes stelle et omnia
lucentia in celo) que eo dicuntur laudare deū q̄ ex sua
pulcritudine & virtute inducuntur hoīes ad laudandum
deum. **L**audate eū celi celozū id est celū empireū qđ
est super omnes celos/dicitur aut̄ in plurali celi ppter di-
uerſas māſiones que in eo eſſe dicuntur iuxta illud. in do-
mo patris mei māſiōes multe ſūt (et aque que ſup ce-
lo ſunt) id ē celū criſtallinū quod dicitur aqueum ppter
ſimilitudinē cū aqua in dyaphaneitate (laudent nomen
dñi) id est materia ſit nobis laudandi deum.

Laudate dico tū p̄mo **Q**uia verbo dñi omnia oſtāt q̄
creata ſūt in celo et in terra) et q̄ inter velle ſuū & facere
nichil diſtat ait (q̄ ip̄e dixit). i. v̄bū genuit & p ipſum
(facta ſūt ip̄e mādauit) verbo ſuo (et creata ſunt.

Item dico laudate eū que dicta ſūt q̄. **S**tatur ea) p̄
manſura (in eternū) quo ad ſubſtātiā licet mutabūtur
quo ad qualitates (q̄b) ſtatuit) curſū ſive motus & influ-
entias (et nunq̄ p̄teribūt) ordinē eis impoſitum.

Et inuitans ad laudem dei creaturas inferiores incipit
ens a creaturis irrationabilibus ait.

Laudate dñm vos creature q̄ eſtis de terra/draco-
nes) et omnia genera mōſtroz aialū (et abyſſi). i. pro-
funditates aquarum latentū et maria omnia.

Laudate ignis grādo mix glacies & v̄ti) ocitātes
p̄cellas in mari q̄ omnia faciūt illd̄ ad qđ ex diuina diſpo-
ſitione ſūt ordiata. **L**audate mōtes & omnes colles/
ligna fructifera & omnes cedri)

Laudate beſtie & v̄miſa pecora/ſerpētes. volucres &
omnia volatilia) p̄ aerē. **E**t inuitās p̄pha creaturas ras-
tionales ad laudandū incipiēs a maiorib) ait.

Laudate reges terre dñm & omnes ppli) ſic cōſules

principes (et omnes iudices terre) **I**uuenes et **V**gines
senes cum iunioribus laudent nomen domini / quia exaltatum est nomen
eius / omnis potestas omnis etas. omnis sexus laudent nomen
domini nostri saluatoris qui propter dedit nomen quod est super omne nomen.
Quid per singula. **C**onfessio laudis dei est super celum et ter-
ram / quia omnes creature tam celestes quam terrestres de-
bent eum laudare / est etiam super eas quia maior est et superior omni
laude earum. tamen etiam laudandus est (quia exaltauit deus pater
cornu populi sui) id est christum populi sui redemptorem / qui dicitur
tur cornu quia superior est toto corpore per excellentiam / durior
carne per iusticiam / mollior osse per misericordiam / exaltauit qui-
dem in sua passione quia per eam mundum de captiuitate rede-
mit / exaltauit in resurrectione in qua eius corpus surre-
xit gloriosum / exaltauit in ascensione in qua tamen ascendit
quia sedet ad dexteram patris. **I**mnus id est laus cum cantico fi-
et deo (ab omnibus sanctis eius perpetuo / sanctis dico. scilicet fi-
liis israel). id est fidelibus christianis qui per illam fidem per quam abraham
placuit deo. israelite facti sunt. id est videtes deum filios israel
(populo) fide et caritate (appropinquanti sibi)

Psalmus. **C**xliv. in quo monet ad laudem dei.
Propheta exhortans fideles ad nouum canticum ait.

Cantate domino canticum nouum) ^{de operi-}
bus nouiter factis in tempore gratie. scilicet quia mater fuit **V**rgo. quia
deus homo factus sit et quia repatus sit mundus per passio-
nem filii eius. **I**tem de nouis mandatis ut dilectione inimi-
corum / de nouis consiliis ut de abiectioe temporalium / de nouis pro-
missis. ut de adoptione celestium bonorum (laus eius) id est
ei grata est (quoniam ecclesia catholica et a sanctis fit)